



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

54 Ebrietatem & vitare & vetare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

& sibi, & socijs victum, vestitum, & profectio
necessaria ministraret. Cumque digressuri quere-
rent, quid nuntiari domi vellet, hoc vnum
sit nuntiarent, eas opes filijs parandas, quae
fragio non perirent. *Vitruu. 6. de Archit.*

7. *Athenienses* duos Philosophos, Diogenem
Carneadem Romam legatos miserunt, licet
ter Remp. antea gessisset. Tantus ea tempore
honus doctis dabatur, vt idonei Reip. ad
strandam haberentur. (*Cic. 1. de Offic.*) Vt autem
terrae, in qua corui luscinijs sunt honorati
hoc est, indocti maiore sunt in pretio, quam
docti.

SIGNVM LIV.

Ebrietatē
vitare, &
vetare.

EBRIETATEM ET STUDIO
sine vitare, & in alijs non ferre.

I. **Q**uia nouimus quot vrbes, quot amplius
regna, quot exercitus robustissimi
tatis excidio sint profligati. Seneca *lib. 12. epist.*
ait: Ebrietas acerrimas gentes bellicosissimas
hostibus tradidit, haec multorum annorum
tinacia bello defensa Inoentia perfecit, &
racusa ob remulentiam in manum Marcelli
onemque Romanorum peruenerunt. *Magna*
ta à Persis (Cyro Rege Persar.) prostrati, &
merfi capiuntur ac caduntur. *Herod. lib. 1.*
deo Turcis à Mahumete vini vsus est inexcusabilis.
Quid Assyriorum Regem vltimum *Sardanapalum*
lum & vita & regno priuauit? Quid ipsius
Assyriorum Monarchiam destruxit, & ad
tra-

transiit? An non perdita *Sardanapali* Regis temulentia? (*Iustin. lib. 1. Fulg. lib. 39. c. 1.*)

Narrat sacra Regum historia (*lib. 3. c. 20.*) *Benadadum Syria Regem* potentissimum omni exercitus robore coadunato, cum alijs 32. Regibus in belli societatem coassumptis, numerofo pedum, equitum, ac falcatorum curruum apparatu Samariam ciuitatem obsedisse, atque *Israhelitarum* Regi *Achab* vltimum exterminium denuntiasse, sed ob temulentiam ipsum ab *Israhelitis* esse superatum. Eadem temulentia *Holofernem* decollauit, (*Iudith 12. & 13.*) numerosissimum *Assyriorum* exercitum in fugam egit, & *Bethulienses* diuturna obsidione liberauit. *Balthasar Rex Chaldeorum* temulentus & vita & regno exiuit. (*Dan. 5.*) *Hannibal* Pœnus, nō ferro, sed vino *Afros* domuit. Cū enim se viribus atque copiarum numero inferiorem illis animaduerneret, leui ac velitari pralio ex industria commisso, quā plurimis generosissimi vini relictis à tergo dolijs, fugam simulatō capessit. Barbari statim occupatis castris potitare incipiunt, vinoq; immoderatus hausto inebriantur, vt vix superesset, qui pedibus consistere valeret. Surrepente dein, vt assolet, profundo somno, porcorum instar humi sese quilibet prosternit: quo explorato *Hannibal* illicō in eos irruit, & ad vnum omnes contrucidauit. *Guido Bituricensis*. Cū *Germanorum* ij populi, qui *Frāci* & *Catei* appellantur, *Romani Imperij* ditiones hostiliter inuasissent, & ingentē *Romanis* terrore inculsissent, vt iam prope *Moguntia* *Rheni* caperent, vbi castra metati fuerāt, in eorum potestate esset, certā ebrietate victoriā perdidērūt. Cognouerant

Vide Theat. hist.

uerant enim Romani, quòd præter morem Romanensis vini delicatissima suauitate illecti, strepitant potitassent: cum ergo sopori se dedissent, repetino impetu immisso, extrema eos clade affecerunt, innumerofque Romanos, iam 40. annis captiuos, in libertatè afferuerunt. *Auentinus Cerni lib. i.* Cùm *Grimoaldus Beneuentanus Dux* in regno duos *Ariperti Longobardorum Regis* filii vi atque armis exuisset, eam iniuriam *Clodouus Gallia Rex* indignissimè tulit; ingentem prouinciam ad restituendum pristinis sedibus regio adhibentes, exercitum in Italiam, contra *Grimoaldum & Longobardos*, qui eius fauebant partibus, misit, iecit, pugnatum aliquandiu felicissimè à *Gallia* & aperto Marte *Longobardi* succumbebant, atque ad militaria stratagemata confugiendum arbitrantur: quam ob rem simulata fuga, *Galliarum* sequentibus, castra vino plena, & omnis comestus affluentia referta in prædam, consultò reliquerunt. Quid Galli? latentem haud sub odore dolum, & hostes re ipsa fugisse persuasi, audaciter ac libere in mediam noctem potitant, & vino bene induti, somnum quoque accerunt. Interea *Longobardi* ex insidijs redeunt, *Gallos* in iumentorum prostratos iugulant, vt nec claudunt nuntius quidem ex illis ad *Clodouum* redire perhibeatur.

Cùm *Phalaris* Siciliae Tyrannus *Leontinorum* Siciliae populos rebelles expugnasset, & perdomuisset, ne rebellionem vnquam redintegrare possent, callido inuento comperationibus eos ad temulentie assuefecit. Vnde prouerbiū: *λεόντιοι περι τῆς κρατήρας*: semper *Leontinorum* crateres: sciebat enim nihil ad enervandos

que effœminandos animos viriles magis esse accommodatum, atq; temulentiam. Prudenter ergo Spartani, cum à temulentia iuuentutem abducere atque absterere conarentur, festos ac solènes agitantés conuentus atque symbola, largiori mero ingurgicata produci iuebant mancipia, vernaculosque ad iuuenem confessus, vt illi spectantes ebriorum insulos inconcinnosque mores, & ineptas furibundasque gesticulationes, ebrietatem vt rem multo fœdissimam perhorrescerent. Laudant etiam Galenus, Plato, (2. de Leg. & in Timæo) & Aristot. veterem Carthaginiensium legem, qua dum in hostem ibant, & castrensibus rebus incumbabant, vinum haud vllus gustare sinebatur: quin omnes toto militiæ tempore aquam bibebant. Alex. ab Alexandro refert: lib. 3. gen. diæ. c. 11. Cretenses & Lacedæmonios etiam militibus in omni militia vini potum interdixisse; & Fulgos. lib. 2. Pescennium Nigrum exercitui suo nequaquam vinum adferri permisisse. Baron. Tom. 7. Ann. refert Bellisarium Ducem duos ebrios, quod in exercitu quendam in ebrietate interfecissent militem, palis infixisse, ac dixisse: *Nulla ratione fas, ebrium esse, multo minus in exercitu militi.* Ex Procopio lib. 1. de bello Vandalo.

II. Quia ebrietas sternit viam ad naufragium fidei. Fridericus Fornerus Theol. Doctor lib. 1. de Temulentia malo, c. 10. ait: Mihi, nec non & pluribus alijs, retulit primarius quidam Franconicę nobilitatis Eques, rarę senectutis & canicie, cui vel eò maior fides tribuendâ, quod Lutheri doctrinam & ipsemet profiteretur, & Lutherum sapius ad populum concionantem inaudisse, cetera

restaretur, retulit, inquam, se florente adhuc
 te iuuenem magno cuidam & Catholico Imperij
 Principi (quem & nomine tenus ipse indicabo
 quod consultò subticendum nobis) inseruisse,
 quod dicam suismet auribus & percepisse, & o-
 culis aspexisse. Institutum erat à duobus alijs Pro-
 restantium Confessioni addictis Imperij Prin-
 ribus splendidissimum regali luxu cõuiuium,
 quod vicinitatis & amicitiae causa tertius
 Catholicus identidem vocabatur, occultus, non
 clam institutum erat, ignarus planè stragagem
 tis. Ergo inter accumbendum epulis amplius
 inde pocula in circum è manu ad manum trãsi-
 epotabantur, quibus insidiosè callideque
 tholicus ille vt plurimum petebatur, eo
 filio, vt largius bibendo inebriaretur. Succo-
 fit illorum fraudulenta & funesta machina
 ad sententiam, magno plurimorum infortu-
 atque Ecclesiae Catholicae ingenti ruina. Sep-
 rar itaque mensis remotis, statur de more
 terius bibitur, varia interim per facum de-
 ligionis, quam appellabant, Reformatione
 publica pace, de Imperij salute, in medium
 feruntur. Tum demum apostrophe ad Catho-
 licum fit, demulcentur blanditiunculis am-
 mellea verborum suauitate animus delin-
 aurei montes promittuntur, velit modo
 se huic sententiae subscribere, nouam ac res-
 matam Religionem capessere, atque in san-
 tione propalare. Renuit ille plusculum, et
 status, dubitat. Instant isti, vrgent, hortantur
 incitant, metum excludat omnem, sua, Pro-
 ceptis nimirum Imperij, libertate vtatur. In-
 bricam tandem vinoque labefactam sup-

uit inconstantiam istorum importunitas, imò
facile persuasibilem temulentiam vicit, atque
ita vicit, vt iuramento, se id actutum & con-
fessim effectui daturum, interposito, fidem
suam sponderet. Edormita manè crapula, cum
promissi ac iurifurandi admonitus esset, ita ve-
hementer doluit poenituitque facti, vt in fle-
tus & suspiria miserabili planctu erumperet.
Verum ne periurij nota ipsi aspergi posset, Ca-
tholicam & Orthodoxam Religionem suo sen-
sam loco mouit, & nouam illam absque stre-
pitu subinuenit. Fertur eum Principem reli-
qua vita valde in Religione dubium, ancipi-
tem, atque varium euasisse, & corporis viri-
bus, pristinaque rerum omnium affluentia &
prosperitate plurimum defecisse, ac non ita
multo post calamitose exitu ex hac vita de-
cessisse: atque hac ratione ebrietas Imperatorie
Aquilæ ex alarum altera vnã præclaram extra-
xit pennam.

III. Quia vbi vinosi ad gubernacula Reip. se-
dent, ea facile pessum ire solet. Hinc vnus è num.
28. Procerū, penes quos apud Spartanos rei sum-
ma erat, Leontychidas, interrogatus cur tam par-
te ac sobriè vino vterentur, respondit: *Vt pro no-
bis contra inimicos consultare possimus.* Brus. lib. 1.
c. 19. Cæsar, lib. 2. de bel. Gall. loquens de Neruijs,
ait: Nullum aditum esse ad eos mercatoribus, ni-
hil pativini reliquarumque rerum ad luxuriam
pertinentium inferri, quòd his rebus elangue-
cere animos & euerti bonū publicum existima-
rent. Nouerant scilicet peritissimi rerū aestima-
tores, vbi temulentie locus est, ibi facile omnia
iuris, æquitatis, honestatisque repagula perfringi,
sedi-

seditionis flabello omnium tranquillitatem
pacem, impetuoso quasi turbine, concuti, omnia
que prorsus ciuium fortunas deici, ac totam
Remp. ad excidium funestissimum labefactam.

Auctor est Q. Curtius lib. 5. *Alexandrum Ma-*
gnum temulentum, sua su Thaidis, cuiusdam po-
caciſſimæ meretricis, clarissimam illam ac nobi-
lissimam Orientis urbem Persepolim à Per-
dictam ferrò ac flammis destructam solo appo-
se. Cùm *Ludouicus Pius* regna inter filios dis-
ret, Aquitaniam Pipino nepoti suo ex Pipino
tre Prouinciam dedit; sed ebrietati ille neque
messationibus interdium noctuq; sine interm-
one vacans, cùm Prouincia vndique cadu-
rapinis infesta esset, malignis quibusque in-
grassantibus, ab indigenis capitur Pipinus, in
gno inutilis, & Carolo Caluo traditur, qui
consilio Episcoporum Monasterio ad vitæ
inclusit. *Cuspin. in historia Francorum.* Sic de
ti alij ebrietate ab equo ad asinum dehu-
runt.

Ebrietas
Pipinum
regia digni-
tate & ho-
nore spoliat.

Vide de
Bello signa
19.

Antigonus Rex milites quosdam gregarios
iens armatos galea, ferreis thoracibus, ac
cis indutos, artificiosa lacertorum vi habitus
magni ponderis globos contorquere, hoc ad-
dum delectatus est spectaculo. Duces copiosè
aduocari iubet, vt strenuos illos ac laboriosos
athletas pleno coram ipsis ore laudaret. Nunc
tur Antigono, Duces potationibus operam
uare: quæ res ita bilem ei mouit, vt illos pri-
éturis exutos, in priuatorum sortem redigere
& egregios illos milites eorum vice honorari
illis præficeret. Ita simul & Ducum ignauiam
puniuit, & militum strenuitatē honorauit.

Romani Equestris Ordinis ventricosos milites, qui obesi vastiq; corporis erant, equis priuabant, quasi ventris prægrandis indicio vino & crapulæ addictos, genioque deuotos, atq; ob eam causam pro patriâ fortiter gerendis rebus parum idoneos: æquum enim rebantur, eos, qui nimia cibi potusque ingurgitatione se patriæ inuiles effecissent, publico etiam patriæ honore, soli virtuti debito, carere. *Fulg. lib. 2. c. 1.*

IV. Quia per ebrietatem existimatio hominis non raro planè vilescit, opinio minuitur, auctoritas profus labefactatur. Cùm *Philocrates* & *Æschines*, qui legati ab Atheniensibus ad *Philippum Macedonum Regem* destinati erant, domum reuersi in Senatu publicè retulissent, Regem esse famulum vini potatorem, poculisque cum ipsis congressum egregiè depugnasse, atque publicâ effusæ lætitiæ signa palàm edidisse, subiunxit *Demosthenes*: *id verò non magni refert: priorem virtutem cum spongijis communem habet, leuitatem cum scurris.* (*Bruson. lib. 1. c. 19.*) *Syr. 19. c.* ait: *Vinū & mulieres arguunt sensatos*, subaudi si vitio, modestiā seposita, mores scurrarum induant.

Democrates ebrius habitu fœminam ementitatus, in simbolo quoddam lascinè saltitauerat: eodem die postero die crapula, *T. Quintium* accessit, ab eoque auxilium petijt contra *Messianenses*, quos vt hostes persequi, funditusque delere cogitabat; cui indignabundus, ob hesternam scurrilitatem, *Quintius*: *Miror te, (inquit,) temulentam mulerculam à viro id audere petere, quo te leuitas, temulenta indignum reddidit*, exprobrans ei, quòd apud se ineptiendo ita scurriliter omnem virtutis famam amisisset.

X

V. Quia

V. Quia ebrietas ingenue indoli maximam
famæ labem aspergit. Hinc ille: *Sicut ebrietas
digesta crapula oris halitum fetore quodam
uiter olente afficit; ita & famam.* Ninius Affir-
rum Rex Nini & Semiramidis filius (teste Abo-
næo *lib. 2. dipnosoph.*) ita potationibus & cupedi-
rum illecebris addictus fuit, ut Iones Græcorum
planè despicerent, & ad nihil aliud aptum ac-
tum, quàm ad comedendum & bibendum inde
probro dictarent.

Plut. *in Polit. ad Traian.* affirmat, *Athenien-
Cimoni* publicè ut enorme probum obiectum
quoddam vino sæpius indulgisset. *Romani* (ut me-
rat Alexander ab Alex. *lib. 3. Gen. diæ. c. 11.*)
eos, qui vino se ingurgitabant, exosos habebant,
ut secuti temporibus Cæsares, eos, tanquam
dignos, qui honores & publica munera
Senatu mouerent, notaque ignominie per-
gerent: indignum enim videbatur, eos, qui
nino temulento & marcido forent, qui que
num maculis notarentur, ad Remp. accedere
de publicis consultare.

Caius Marius non contemnendo labore
ram affecutus, cum accusaretur largitione
obtinuisse, atque inter coniecturas adduceret
quod Sabacanus minister eius Cassium intra
cilij ex edras adire visus erat, Sabacanus
litus excusauit factum: à se conuentum
ut ex cantharulo, quem secum habebat, hunc
ipse biberet. Marius ergo ea notatus est
ut à Prætura illicd remoueretur, quod publico
loco, ubi munus publicum ageretur, bibere
erubiuisset. *M.* etiam *Antonium* ebrietas
dedit, omnemque honesti nominis famam

que celebratam ei ademit, quòd in nuptijs Hippiz tantum vini helluatus esset, vt postero die pro Tribunali sedens, ipsa subsellia, vomitans esculenta ac poculenta, foedissimè deturparet.

Alexander Magnus, rerum fortiter gestarum gloria nemini secundus, temulentiae labe turpiter se contaminauit, ingentia animi bona, ait Curt. lib. 5. intolerabili vini cupiditate foedauit. Hinc apud Italos foedissimum est opprobrium temulentia. Hispani ne in testem quidem adhiberipatiuntur eum, qui vel semel ebrius extiterit. Nec Achilles Homericus vllum contumeliosus probum inuenit, quo profcinderet Regem Agamemnonem, quam vt *divo βασις*, hoc est, ebrius ac vino pressus appellaretur, vt Claudius Tiberius Nero, ob incredibilem vini auiditatem, contumeliosè Cadus Biberius Mero est vocatus. VI. Quia videmus multos sumptuosa ebrietate opima patrimoniaz, & amplissimas opes per iugulum trajcere, ad extremam egestatem redigi, & ad restim quasi deuenire, de quibus S. Ambr. ait: (lib. de Helia & Ieiunio c. 12.) Vno die bibunt multorum dierum labores, &c. & Salomon: Prou. 21. Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & pingua, non ditabitur. & Ecclesiastici 19. c. Operarius ebriosus non locupletabitur. Alex. ab Alex. testatur, lib. 6. gen. dier. c. 14. legem olim apud Græcos extitisse, vt qui patrimonium, vacando genio, ac potationibus indulgendo, consumpsisset, vita functus, non in maiorum suorum Monumentis supremo funeris honore efferatur; sed in gloriosius locis, vbi ciuitatum atque oppidorum quiescentia congestæ iacent, recondatur.

Patrimonij
tributum.

Brutus amplissimum potitando decoxerat patrimonio, vt egestate adactus, *Thermas* quoque sumptuosissimo apparatu à patre extructas vendere cogeret: is breui postea, praesente *Crasso* clarissimo Oratore, se plurimum sudare, fortitan è solaris intèperie caloris querebatur, quocirca iocosè excipiens *Crassus*: *Quid mirum, inquit, sudare? iam nunc enim Thermis tuis egredieris* se obijciens, quòd omnia, etiam *Thermas* fortitorias, per luxum absumpisset. *Bruson. lib. 2. c. 19.*

Diogenes Cynicus quondam praeteriens iusdam vinolenti domum vendibilem protulit: *Scitebam*, inquit, *domum istam vino ebrii dominum euomituram, en iam ruilat.* *Laert. lib. 3. c. 19.* *Callias* quidam apud Athenas vini cupiditatem eò paupertatis redactus fuit, vt se vestire amplius non posset, & medio frigore nudus incederet: hinc vulgo de ipso dicitur: *Hic à vino deplumatus est.* *Phocas* Athenensis

Principis *Phocionis* filius, cum praclarum patrimonio vino dilapidasset, in tantum omnium suorum ciuium odium incurrit, vt palam in familia sua dedecus & infamiam appellaret.

Cum *Theophili Balbi Imp. filius Michael* in saurum opulentissimum, à patre per haereditatem adeptum, epulando atq; conuiuando exhaustisset, ab aula Praefecto, cui Imperatoris manus consignauerat, trucidatus est.

VII. Quia homines vino inflammati, & Baccho thyrso percussit, multas saepe patrant caedes, & multa facinora poenitenda. *Amnon* filius *Dionis* *Reg. 13.* in conuiuio temulentus ab *Abalones* cumuenitur, & immani parricidio enecatur: *Iosernes* (*Iudith 13.*) cum *Iudith* viduam ad

vinum inuitasset, & plus vini hausisset solito, ab ipsa virili atque heroico ausu in tentorio suo viuo somnoque sepultus trucidatur. *Simon Sacerdos* (1. *Mac.* 15.) vnà cum filijs duobus à *Prolempzo* lautissimis exceptus epulis, cum largius bibisset, ex insidijs opprimitur. *Herodes*, vt *S. Augustini* verbis loquar, vbi nimio mero concaluit, ad vnus puellæ saltatiunculam *Ioannem Baptistam* præcursorem decollari præcepit. *Matt.* 14.

Cum *Cambyfes Rex Pers.* à *Prexalpe* Confiliario suo corriperetur, grauius indignissimeque *Esd.* 2. tulit, & vt suam excusaret bibacitatē, iussit *Prexalpis* filium adduci, atque ad palum ligari, sic ad parentem pueri factus: *Tum demum proba, si sim ebrius, cum collimato hoc spiculo cor filij tui tetigera.* Exoneratam itaque sagittam in pueri præcordia contorsit, eumque è viuis cum facinorosa crudelitate sustulit.

Alexander, alioquin & re, & nomine Magnus, suas laudes ebrietatis velut fuligine contemerauit, & *Clytum* sibi charissimū inter epulas transfodit, & amicos complures temulentus interfecit. Rectè igitur *Bacchus* fingitur corniger: quia temulenti fiunt quasi cornupetæ. *Horat.* *Tunc pauper cornua sumus.*

Hinc *Indi*, nisi sacrorum causa, vinum non bibebant, apud quos constitutum erat, vt si qua mulier Regem temulentum occidisset, hoc donaretur munere, vt successorī nuberet, *Alex.* ab *Alex.* lib. 3. c. 11. *Athenienses* constituerunt œnopras, qui in conuiujs obseruârunt quid quisque biberet. *Athen.* lib. 10. c. 7. Apud *Hispanos*, vt dixi, ebrietas tanto habetur odio, vt ne testimonij quidem dictio ei, qui huic vitio vel semel obnoxius fuit, permittatur.

Claudius Imp. cauponum tabernas, in quas
ues coeuntes potabant, demolitus est: coniura-
ones enim timens, omnino conueniendi firmi
occasione quacumque ex causa amputauit. *Dio l. 60.*

Carolus IX, & Henricus III. Galliae Reges
esto canerunt, ne, qui cauponaria exercent, ali-
incolarum, vel potius ciuium, cuiuscumque con-
ditionis sit, ad se potitandi causa recipiant, nisi
traneo, vel eo, qui ibi domicilium non habet
comitatum, pena arbitraria in transgressores
gis statuta. *Vide Cod. Henr. 3.* Si idem nostri *Vel-*
phalici Magistratus demandarent, non tot
cida otij mancipia in popinis delitescerent.

Carolus Magnus lege olim vetuit, ne quis
ad bibendum prouocaret, ebriumque in exco-
tu aquam in posterum potare copulit, imple-
perantiae pulcherrimum exemplum existens,
bi potusque parcissimus. *Pittacus* Mitylenensis
7. Sapientum vnus, ebrios si peccauerint dupli-
poena afficiendos esse censuit. (*Arist. 1. Pol. c. 1.*
Laert. lib. 1. c. 5.) 1. quia in ebriorum primo fuit
testate non inebriari. (*Arist. 3. Eth. c. 5.*) 2. quia
brij quando peccant, varijs modis peccant
turam: (quia hanc infirmam, varijsque mor-
obnoxiam reddunt:) *in Remp.* (quia hanc
bono, qui vini flamma laetatur, spoliare
seipos: (quia tollunt pretiosissimum thesaurum
ingenij aciem, quae ebrietate & crapula hebet-
tur. (*Ibid.*) 3. quia sequuntur ebrietatem omni-
generis incommoda: est haec ἀνρόπολη
nium flagitiorum. (*Basil. de Ebr.*) 4. quia re-
ho mines ineptos ad omnes actiones honellat
vtilis. (*Plato 1. de leg.*) Hinc Mahometi lex
vt ebrius 80. ictibus puniatur. Extrat tamen

scriptum Imp. Hadriani: *Per vinum aut lasciuiam vide l. 9. r. lapsus capitalis poena est remittenda, & militia irroganda mutatio.* (dig. lib. 19. t. 26. de remilita-
 ri.) Ebrij enim cum peccant, non proposito, aut dolo malo peccant, sed impetu. (dig. 48. t. 19.) Sunt, vt senes, bis pueri: sunt similes ignorantibus, sensibus interceptis dijudicare nihil possunt: hinc poena illis leuis in veteribus legibus Francorum est instituta: *Si quis miles ebrius fuerit repetus, eiectus, quoad culpam agnoscat, aquam bibere cogatur.* (B. Rhenanus lib. 2. rerum Germ.)

Vt ebrietatis malum in VVestphalia atq; ad eam vniuersa Germania abrogetur, luxus officinae seu cauponae amouendae sunt. Det ergo Magistratus operam, vt cauponae sint quam paucissimae, cum in illis (daemonum domicilijs, & pecudum stabulis) non tam viatores & peregrini, quam ciues & indigenae res fortunaeque suas perdant. Dionysius Syracusanus cum reliquos fontes grauissimis plecteret supplicijs, furibus tamen vestitum, qui illas clam in coenis & prandijs potui-
 dedis auferrent, ignoscebat, vt Syracusani ebrietatibus, quibus erant infames, abstinerent. (Plut. in Apol. ad Traian.) Claudius vero Caesar, vt dixi, potatorum cauponas Romae sustulit. Cur igitur Christianus Magistratus earum accuratam cura non susciperet, & seuerissimis legu sanctionibus ciues suos ab illaru frequentatione detereretur? cur prandij & coenae tempus certis horaru terminis no definireretur? cur si vltra istos terminos potationes & comestationes producantur, in ipsos caupones & tabernarios no animaduerteret? Vtina lege ferret Magistrat^o, vt caupones symbolum.

Ium statim peractis epulis exigant, & si id neglexerint, non habeant ius exigendi. Vtinam & contra avaritiam feueriffimis legibus & poena coërceret, ijsque certum pro annonæ ratione cœnæ exhibendæ stabulandi que pretium prescriberet.

SIGNVM LV.

ECCLESIAM ET SACRA TUEVI.

*Ecclesiam
tuevi.*

Quamuis Politici Magistratus iuris nihil Ecclesiam habeant, tamen vim, fraudes, & externa hæc mala ab ea merito arcenda, quod in ipsis est, pacata præstant Sacra & quædam. Nam in S. litteris Deus per Vatem prædixit (49.) *Erunt Reges nutritij tui, (Ecclesiam affant & Regina nutrices tua. Et c. 60. AEdificabunt peregrinorum muros tuos, & Reges eorum morabunt tibi.* S. Augustinus ait: *Pertinet hoc Reges seculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam.* Leo ad Imp. Leonem: *Debes, Imperator, in mundum aduertere, Regiam potestatem tibi non solum mundi regimem, sed maximè ad Ecclesiam præstitam esse collatam.* Caussam expressit S. Ambrosius ad Valentinianum: *Cum enim omnes homines, qui sub ditione Romana sunt, vobis militent, si vos omnipotenti Deo, & sacra fidei militent. Militia autem primum sacramentum est, tuevi salutem, commoda, & dignitatem eius, cui militamus: ergo qua Christiani sunt, velle debent, qui*